



**Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica**

Ab anno Christi 1589. usque ad annum 1595 - Una Cum Criticis R.P.  
Honorati A S. Maria Carmel. Discalc. Observationibus In Historiam  
Ecclesiasticam Abbatis Fleurii

**Fleury, Claude**

**August. Vind. [u.a.], 1772**

**VD18 90118669**

§. 127. Juvenis Cardinalis Borbonii obitus.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-67252](#)

tabiliti  
æscri  
um suo  
eorum  
cebant  
preces  
se præ  
a præ  
arilien  
acta li  
onatur,  
n circa  
eliquis  
iori fa  
dinalis  
ose de  
m hanc  
Antonii  
emen  
i si per  
ipius  
nsuper  
nterin  
arium,  
efuita  
dabat:  
i duos  
tra-

tradebat libellos supplices, significans, Sæcul. XVI.  
quod huic caussæ ideo validius patroci- A.C. 1594.  
naretur, quia Societatis Patres in Ni-  
vernensi urbe, ac Collegio ibidem a se  
fundato præclara præstarent obsequia,  
ac juventutem literis imbuerent. Deni-  
que tot alii Viri nobilitate conspicui-  
fanto studio eis favebant, ut juxta sen-  
tentiam Regii Inquisitoris, cuius no-  
mine Antonius Seguierus verba facie-  
bat, Jesuitæ, donec aliter prospicere-  
tur, solitis exercitiis libere fungi, ac  
ulterius literas tradere permetterentur.

### §. CXXVII.

#### *Juvenis Cardinalis Borbonii obitus.*

Borbonius Cardinalis haud diu vita  
superstes die Sabbati trigesima Julii  
circa secundam pomeridianam horam *Thu. l. 110.*  
in sua Abbatia ad sanctum Germanum  
de Pratis obiit, nonniſi trigesimum fe-  
cundum ætatis suæ annum agens. Erat  
is quarto - genitus Ludovici Borbonii  
Condæi Principis, & Eleonoræ de  
Rauga Filius, natus Briæ in Ganda-  
losia arce Anno Domini millesimo quin-  
gentesimo sexagesimo secundo, præ-  
celluitque morum comitate, atque in-  
genii hilaritate, insuper miram facili-  
tatem

*Avil. l. 14.*  
*Journal. i.c.*  
*pag. 37.*

Sæcul. XVI. tatem cum sermonis elegantia jungens,  
 A.C. 1594. literarum, atque eruditorum fautor  
 egregius extitit, & quamvis ex Patre  
 religione Calvinista natus inter hære-  
 ticos educatus esset, vehementi tamen  
 odio Protestantes insectabatur. Mor-  
 tuo Carolo II. Patruo suo ad Rotho-  
 magensem Archiepiscopatum nomina-  
 tus, anno Salutis nostræ millefimo  
 quingentesimo octogesimo tertio a Gre-  
 gorio XIII. Purpura Romana decoratus  
 est: præterea obtinuit sancti Dionyssi,  
 sancti Germani de Pratis, sancti Ovani,  
 sanctæ Catharinæ Rothomagensis, Bur-  
 gelitanam, & Orcampensem Abbatias.  
 Referunt nonnulli, hunc Cardinalem  
 ex mœrore obiisse, eoque eidem per

Henrici IV. conversionem promissa  
 Franciæ solium consen-  
 dendi spes succisa  
 fuisset.



HISTO-